UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Eleutherio abbate. Cap[itulum]. xlv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Prophetauit autē zacharias eadem occaſione
qua ⁊ aggeus. Cū eñ in anno primo cyri regis
perſarum: vt implereť ſermo dñi ex ore hiere-
mie: vt habeť primo eſdre in principio. data eēt
licentia populo iſrael redeūdi in iudeam. Et a
ſenioribus ⁊ populo templū domini in hieruſa
lem reedificari cepiſſet: mortuo cyro rege per-
ſarum: et regnāte cambyſe: vicine gentes odio
iudeorum inſtauratione templi ⁊ ciuitatis im-
pediebant: vnde ⁊ opus intermiſſuꝫ eſt vſq; ad
annum ſcundū darij regis perſarū. Et tunc zo-
robabel olim darij prefati intimus: cum ipſum
regnare audiuiſſet: fiducialiter opꝰ aggreſſus
eſt: zacharias quoq; ꝓpheta a deo miſſus tam
ipſum zorobabel ꝙ ieſum filiū ioſedech ſacer-
dotem magnū: de quibus ſupra dictum eſt idi
bus iulij. in ipſo opere eos exhortari viſus eſt:
populus quoq; exhortationē dictoꝝ ꝓphetarū
audiētes eos adiuuare ceperūt. ¶ In lectione
aūt ſua intēdit ꝓpheta nō ſolum populum ad
reedificationē templi dñi cōfortare: ſed etiam
eos ab imitatione paternoꝝ criminū reuocare.
Ideoq; ieſum ſordibus indutum ſe vidiſſe me-
morat: quod ad filios eius referendū eſt: ꝗ vxo
res alienigenas duxerūt: vel etiā ad pplꝫ vitiis
ſordidatū: quos ille cū eſſet pontifex nō argue
bat. Myſtica quoq; plura ſacramēta de xpi ad-
uentu ⁊ paſſione in eius lectione comprehenſa
ſunt: que ꝑ ſingula explicare longū eſſet. Quie-
uit aūt hic ꝓpheta in pace in iudea annis pluri
bus reedificato tēplo. viij. idus ſeptēbris. Se-
pultus iuxta ſacerdotū monumenta in hierl'm.
Et hic ex numero. xij. ꝓphetarum eſt: qui mino
res dicti ſunt: qui in ſanctoꝝ patrum catalogo
Eccleſiaſtici. xlix. ca. cōſcribuntur. Hec hiero-
nymus ⁊ ioſephus: ⁊ ex hyſtoria ſcolaſtica atq;
comeſtoris ſumpta habetur.

¶ De ſctō Oneſiphoro diſcipulo. Cap. xliij.

Oneſiphorus diſcipulꝰ pau
li apoſtoli: de quo
idem ſecūda epi-
ſtola ad Timoth.
mentionē facit eiuſdē apoſto-
li imitator ⁊ peregrinationis
eius comes pluribꝰ ānis fuit:
et ei in miniſterio deſeruiuit.
Et hic predicatiōis officio fi
deliter peracto apud vrbem romam poſt pauli
paſſioneꝫ in pace quieuit octauo idus ſeptem-
bris: vt ait Hieronymus.

¶ De ſanctis Donatiano: Preſidio: ⁊
ſocijs martyribus. Cap. xliiij.

Donatianus: preſidius
māſuetus: germanus: ⁊ fuſculus
epiſcopi perſecutione vandalica
apud aphricā paſſi ſunt: qui iuſſu
hunerici regis arriani pro aſſertione veritatis
catholice fuſtibus ceſi: ⁊ exilio dānati ſunt tem
pore videlꝫ quo eugenius carthagineñ. epiſco-
pus petebat: vt de vniuerſo orbe ad diſputādū
catholici epiſcopi cōuenirēt: quia de fide com-
muni agendum erat: vt dictū eſt ſupra ī paſſio-
ne eugenij tertio idus iulij. Tunc eñ predictꝰ
rex impiꝰ memoratos ſanctos epiſcopos inau-
ditos relegauit ⁊ eccleſias clauſit: aliaſq; innu-
meras ꝑſecutiōes intulit chriſtianis: vt ſcribit
victor aphricanus. ¶ Inter alios aūt letū epi-
ſcopum ſtrenuū ⁊ doctiſſimum: poſt diuturnos
carcerum ſqualores incendio concremauit. Ce
teri vero prenominati pontifices fame ⁊ inopia
in exilio defecerūt. Quorum omniū feſtum re-
colitur octauo idus ſeptembris.

¶ De ſctō Eleutherio abbate. Cap. xlv.

Eleutherius abbas claru-
it apud ſpoletuꝫ
⁊ in vrbe Roma
tempe beati gre
gorij pape. Qui mōaſterij ſan
cti marci euāgeliſte: qđ in po
merijs vrbis ſpoletane ſitū eſt
abbas fuit. De quo ferť inter
cetera: ꝙ orādo mortuū ſuſci
tauit. ¶ Quadā die dū iter caperet. facto veſpe
re ad monaſterium virginū declinauit. In quo
puer paruulus erat: queꝫ malignus ſpūs omni
nocte occupare cōſueuerat. Quē ea nocte ſan-
ctimoniales ad iacēdū cū eleutherio poſuerūt.
Factoq; mane cū ille moniales reqſiſſent abba
tem: an aliqđ ipā nocte puero cōtigiſſet. Illeq;
de tali interrogatiōe miratꝰ: nihil ei contigiſſe
rñderet: cauſaꝫ pueri viro dei innotuerūt: rogā
tes eū vt puerū ſecū ad monaſteriū tolleret: qa
iā decetero vexationē eiꝰ ipē videri nō poſſent.
Ductꝰ ergo ad abbatis cenobiū: cū dudū ibidē
fuiſſet: nec ad eū demon accedere ꝑſumpſiſſet:
aninꝰ viri dei de pueri ſalute īmoderatiꝰ ꝑ leti-
ciā tactus eſt. Et die ꝗdā corā fratribꝰ dixit. ꝙ
diabolꝰ cū illis ſororibꝰ iocabať: vbi vero ad ſer-
uos dei ventū eſt: ad puerū accedere vlteriꝰ nō
ꝑſumpſit. Poſt hec vba hora eadē ac momento
corā cūctis fratribus puer a demone vexari ce
pit. Statimq; vir dei ſe in lachrymas dedit fra
tribuſq; oibus vt orarēt ꝑcepit. Proteſtans ꝙ
nullus eadē die panē guſtaret: niſi prius domi-
nus puerū liberaret. Et eo vſq; oratum eſt: do-
nec puer a vexatione ſanareť. Ad quē decetero
malignus ſpūs accedere non ꝑſumpſit. ¶ Hic
ſanctus dudū cū beato gregorio in vrbe in ſuo
monaſterio cōuerſatꝰ eſt: vt ipſemet refert. Cū
aūt gregorius egritudinē quā greci ſyncopim
vocāt grauiſſime patereť: ⁊ niſi ſepius cibo re-
ficeretur: vitalis ſibi ſpiritus intercidi videre-
tur: paſchali die aduenīete: cū ſacratiſſimo ſab-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

baro reſurrectionis: omnes etiam infantuli ie-
iunarent: ⁊ gregorius amariſſime fleret: ꝙ ieiu
nare non poſſet: rogauit ſecreto eleutherium
abbatem: quatenus ſua oratione a domino ei
tantam virtutem impetraret: ꝙ ipſe ieiunare
poſſet. Quod et factum eſt. Uir enī domini in
orationem ſe poſuit: tantamq̄ ſubito virtutem
gregorij ſtomachus accepit: vt tante ſe fortitu-
dinis ad veſperum ſentiret: ꝙ ſi voluiſſet etiam
vſq̄ ad diem ſequentem ieiunium transferre
potuiſſet. Ipſe autem vir ſanctus in eodē mo-
naſterio inter brachia gregorij ſpiritū feliciter
emiſit octauo idus ſeptembris. Hec ipſe grego
rius tertio dialogoꝝ capitulo trigeſimotertio.

¶ De ſancto Johanne martyre. Cap. xlvi.

Johannes martyr
apud nicome
diam paſſus
eſt ſub diocle
tiano ⁊ maxi-
miano imperatoribus. Hic ex
nobilibus parentibus ortus
honori ⁊ dignitate ſeculi illu-
ſtris: nimio calore fidei igni-
tus: vt vidit aduerſus ſeruos dei in foro crude
lia edicta pendere: publice ſpectante populo:
librum inique legis in quo aduerſus chriſtia-
nos decreta inſcripta erant: infecta manu de-
traxit atq̄ deſcripſit. Cumq̄ hoc relatum eſſet
diocletiano auguſto in eadem vrbe conſtituto:
nimia in eum continuo crudelitate deſeuiens:
omnia ſuppliciorum genera iuſſit expendi in
eum. Qui vir nobiliſſimus tanta alacritate vul
tus ac ſpiritus ea pertulit: vt nec quidē triſtis
pro his videri potuiſſet. Et cum viſcera in ſup-
plicijs defeciſſent⁹: ſpiritus letabatur in celo.
Ita vt ipſe poti⁹ tormēta vincēs ꝙ ab eis vict⁹
ſiam celo redderet glorioſam. vij. id. ſeptem-
bris: vt habet. viij. eccleſiaſtice hyſtorie libro.

¶ De ſancta Regina virgine et
martyre. Cap. xlvij.

Regina virgo paſſa
eſt apud aliſiam ciuitatem ſub
olybrio prefecto. Que fuit fi-
lia clementis cuiuſdam genti-
lis de aliſia ciuitate. Et cum
eſſet annoꝝ. xv. ignorante pre
latenter in chriſtum credidit: ⁊ baptiſmum ſu-
ſcepit: atq̄ virginitatem ſuam domino conſe-
crauit. Dum autē olybrius prefectus tranſiret
de aliſia in maſſiliā ciuitatem vidēs puellam:
et allectus eius pulchritudine ipſam ſibi pre-
ſentari fecit. Quam cum interrogatā chriſtia-
nam cognouiſſet: in carcerem miſit vſq̄ ad re-
ditum ſuum. Reuerſus autem ad ciuitatem
aliſiā: poſt immolationes dijs ſuis factas puel
lam adductam ⁊ ſacrificare nolentem: iuſſit in
equuleo leuari: et virgis diutius cedi: et poſt
hec vngulis lacerari. Ita vt tam ipſe ꝙ aſtan-
tes horrentes ſanguinem virginis defluentes
facies operirent. Que cum omnia ſuperaſſet:
iterum carceri traditur: ſed cruce aurea ad ce-
lum vſq̄ pertingente atq̄ colūba celeſti ſuper
crucem ſtante: atq̄ ad eam aduolante reficitur
⁊ confortatur. Iterū quoq̄ poſt duos dies edu
citur: ⁊ iterato ſuſpenditur: ac candentibus la
minis inflammatur. Deinde manibus ac pedi-
bus vincta: in vaſe aque frigide demergitur: vt
ex penarum contrarietate durius torqueretur.
Statimq̄ terremotu facto: vincula eius dirupta
ſunt. Et columba prior de celo deſcēdens: coro
nam gemmatā capiti eius impoſuit voxq̄ diui
nitus lapſa: eam ad celeſtia inuitauit. Quo viſo
miraculo. ccccccccl. gentiles conuerſi ſunt. No-
uiſſime autem prefectus ipſam decollari fecit.
Cuius animam cunctis videntibus ad celos
angeli portauerunt. Sepultaq̄ eſt aliſie. vij.
idus ſeptembris.

¶ De ſancto Euurcio epiſcopo. Cap. xlviij.

Euurci⁹
aurelianenſis
epūs floruit tē
pore conſtan-
tini. Hic ec-
cleſie romane
ſubdiaconus fuit. Cum autē
apud aurelianū poſt obitū ſan-
cti deuiſiani epī de ſucceſſore
ageretur: et ſm carnalez ele-
ctionē duo ſub contentione electi fuiſſent: ſedi
tioq̄ vſq̄ ad ſanguinis effuſionem orta eſſet.
Miſſus eſt porphyrius prefectus ad ſeditionē
ſedandā. Ipſe autē epiſcopos gallie conuoca
uit ad diuinū auxiliū implorandū: quibus cum
clero ⁊ populo triduo ieiunantib⁹ ⁊ orantibus.
Euurcius ad duos fratres ſuos captiuos re-
quirendos veniēs ad galliā: aurelianū ingreſ-
ſus ⁊ apud quendā ciuē eſt hoſpitat⁹: a quo cū
de diſceſſiōe didiciſſet: mane ad eccleſiā ex cha
ritate cū ceteris orator⁹ venit: ⁊ iuxta ianuā in
cognitus ſtetit. Cunctis autē proſtratis colū-
ba niuea de celo volitans: per feneſtrā ingreſſa
ſingulos circuiens: ⁊ quaſi dignū explorans ſu
per caput euurcij reſedit: ſed ab eo quaſi electa
ad celos euolauit. Quod miraculum cuncti ſtu
pentes: ſed adhuc de perſona dubitans: eo ꝙ
aliqui: ſuper quē inſederat dubitabant. Euur-
ciū inter epōs ducunt: ⁊ iterū ad deum oraue-
runt: ſecundo miraculo plenius edoceri. Rur-
ſus igitur columba deſcendit: ianuāq̄ petens
euurcium non inuenit: cunctoſq̄ per circuitum
eccleſie luſtrans ſuper caput eius tandē ſecun-
do reſedit. Sicq̄ ipm oēs in epiſcopuz elege-
runt. ¶ Uerū dimidie anniuerſarij ſui ciuitas